



Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaransis Thesaurarij
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

Barbosa, Agostinho

Venetiis, 1643

2. Cognatio spiritualis orta ex Baptismo, aut Confirmatione, inter quas personas contrahatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14108

asserens decifum in Colonien. 5. Septembris 1626. & in Antuerpien. 16. Decembris 1628. quarum memini d. cap. 21. numer. 93.

Incolam illius loci, in quo non est acceptatum Concilium Trid. teneri matrimonium contrahere coram Parocho, & testibus, si diuertat ad locum, in quo est receptum, tenent Petr. de Ledefma d. 9. 45. punct. 3. ad fin. Sanchez d. lib. 3. disput. 18. nu. 26. Valer. Reginald. d. lib. 31. nu. 176. Aegid. de ConincK d. tom. 2. disp. 27. dub. 1. ad fin. Molles. d. tract. 4. cap. 9. nu. 20. Bonacin. d. puncto 7. num. 5. Ego ipse d. alleg. 32. num. 155. & d. cap. 21. num. 94.

Episcopum non posse matrimonium invalidare per sua decreta synodalia, quae clandestinè, & sine Parocho, & testibus contracta essent, si sibi non est promulgatum. Concilium Trid. ita ut matrimonia etiam post huiusmodi decretorum publicationem aliter contracta, si nullum obstat legitimum impedimentum, valida ac firma sint, resoluit Aldan. d. tit. 8. num. 23. asserens quòd ideo coniuges, qui alias inter se validè matrimonia contraxerint, illisque postea per Episcopum tanquam contra formam sui decreti nullis declaratis separati fuerunt, ac insimul habitare desierunt, omnino cogendi sunt,

ut in dictis matrimonijs contractis permaneant, atque vna simul tanquam veri coniuges cohabitent; ij verò qui primis matrimonijs aliàs validè, & publicè contractis & consummatis ab Episcopo vigore dictorum decretorum nullis declaratis, secundò contraxerunt, similiter ad priora redire, ac in illis permanere cogendi sunt, & huiusmodi secunda matrimonia post publicationem & consummationem priorum contracta nullo modo, etiam prae textu cuiusvis grauis, & eminentis scandali tolerari possunt, ac debent; & in fine testatur ita fuisse decifum in Russ. 18. Nouembris, & 2. Decembris 1628.

pp. Post triginta dies, &c.] Ab hoc tempore obligare, quoad annulationem matrimonij etiam ignorantibus, post Medin. Henric. & Petr. de Ledefma, resoluit Sanchez dict. libro 3. disputat. 17. numero 10. ad finem, Gutier. de matrimo. cap. 61. num. 11.

Vnde ea matrimonia irrita in praesenti declarari quae post triginta dies à die publicationis huius decreti in Parochia factae clandestinè contrahuntur, refert decifum Armendar. tit. 1. de matrimo. numero 61.

Cognatio spiritualis orta ex Baptismo, aut Confirmatione, inter quas personas contrahatur.

C A P V T II.

- | | |
|--|--|
| <p>1 Doctores de materia cap. agentes.</p> <p>2 De cognatione spirituali Pius V.</p> <p>3 Patrini duo ad summum, vnus vir, vnaque femina adhibentur in Baptismo.</p> <p>4 Cognatio contrahitur cum omnibus si plures duobus designati suscipiant baptizatum de Baptismo.</p> <p>5 Designare, & admittere in Baptismo plures quàm vnum, & vnam, est peccatum mort.</p> <p>6 Episcopus non potest dispensare vt duo viri, vel duae feminae simul suscipiant.</p> <p>7 Patrimos adhibere non est de essentia sacramenti Baptismi.</p> <p>8 Patrini in Baptismo debent esse baptizati, & in Confirmatione confirmati.</p> <p>9 Haereticus suscipiendo, vel baptizando cognationem contrahit.</p> <p>10 Excommunicati, interditi, & criminosi non possunt esse patrini.</p> <p>11 Mutus homo, & muta mulier prohibentur esse patrini.</p> <p>12 Abbates, Monachi, & Religiosi saltem claustrales prohibentur esse patrini.</p> <p>13 Pueri cuiuscunque aetatis possunt esse susceptores legitimi, & contrahunt cognationem suscipiendo, modò habeant usum rationis.</p> <p>14 Patrini possunt esse minores baptizato.</p> <p>15 Cognatio spiritualis oritur ex Baptismo non solemniter priuatim facto.</p> <p>16 Baptizans laicum in extremo necessitatis articulo contrahit cognationem spiritualem.</p> <p>17 Cognationem nullam contrahit leuans in Ecclesia vbi seruatae fuerint necessitates verè domi baptizatum.</p> <p>18 Matrimonium liberè, & licitè contrahi potest inter personas in hoc decreto nominatim expressas.</p> <p>19 Cognatio spiritualis non contrahitur inter ipsosmet patrimos.</p> | <p>20 Cognatio spiritualis à viro contracta non transfunditur in uxorem, vel è contra.</p> <p>21 Vir, & uxor suscipientes alienum puerum in Baptismo non peccant.</p> <p>22 Patrimus potest matrimonium contrahere cum ea, cum qua simul alienum filium suscepit.</p> <p>23 Matrimonium contractum sine dispensatione inter filium susipientis, & baptizatum valet.</p> <p>24 Cognatio spiritualis non contrahitur inter infidelem baptizantem, & fidelem baptizatum.</p> <p>25 Cognationem aliquam non contrahit fidelis baptizans, aut suscipiens filium infidelium, cum parentibus infidelibus.</p> <p>26 Procurator non sibi, sed mandanti contrahit cognationem spiritualem.</p> <p>27 Cognatio spiritualis contrahitur inter susipientem in Baptismo, ac parentes carnales licet illegitimos suscepti.</p> <p>28 Parochus debet habere librum in quo describat omnes, qui in Ecclesia sua baptizantur.</p> <p>29 Baptismus, & aetas, probatur ex partita extra per Parochum à libro Baptismi.</p> <p>30 Origo etiam probatur.</p> <p>31 Compatres duo, vel commatres si in libro Baptismi sint descripti, ratione incertitudinis prohibentur inter se contrahere.</p> <p>32 Cognationem contrahunt plures quàm duo susipientes in Baptismo, quorù nullus fuit designatus.</p> <p>33 Cognationem contrahunt omnes designati à parentibus, vel ab alijs curam infantis habentibus, modò tangat simul.</p> <p>34 Cognatio contrahitur cum eo, quem vocauit Parochus casu in Ecclesia ingrediente, non admittendo designatum à parentibus.</p> <p>35 Contractus requiritur ad contrahendam cognationem spiritualem.</p> <p>36 Cognatio spiritualis contrahitur in hoc casu.</p> <p>37 Cognationem spiritualem non contrahit mulier ex eo, quòd</p> |
|--|--|

- eo, quod defert puerum baptizatum usque ad ianuam Ecclesie.
- 38 Decreti huiusmodi dispositio militat in cognatione orta ex Confirmatione, sicut militat in cognatione orta ex Baptismo,
- 39 Patrinus in Confirmatione debet esse alius ab eo, qui tenuit in Baptismo,
- 40 Vnus non potest in Confirmatione tenere ultra duos eadem die,
- 41 Catechismus sublatus est per hoc decretum.

Cap. non plures, de co fecr. dist. 4. & c. quamuis, de cogn. spirit. in 6.
 Cap. super quibus, c. p. stacium, & c. fin. 30. q. 1. cap. ne super eo, & fere per totum, de cogn. spirit. c. 1. cod. tit. in 6.
 Cap. quamuis, de cogn. spirit. in 6.
 Conc. Magunt. cap. 55. c. 2. 30. q. 1. c. 1. de cogn. spirit. in 6.

Docet experientia, propter multitudinem prohibitionum, multoties in casibus prohibitis igno-
 ranter contrahi matrimonia: in quibus vel non sine magno peccato perferatur, vel ea non sine magno scandalo dirimuntur. Volens itaque sancta Synodus huic incommodo providere, & a cognationis spiritualis impedimento incipiens, statuit, *a* vt vnus tantum sine vir, siue mulier, iuxta sacrorum ^a Canonum instituta, vel ad summum vnus, & vna baptizatum ^b de Baptismo suscipiant, ^c inter quos, ac baptizatum ipsum, & illius patrem, & matrem, nec non inter baptizantem, & baptizatum: ^d baptizatiue patrem, ac matrem tantum ^e spiritualis cognatio contrahatur. Parochus, antequam ad baptismum conferendum accedat, ^f diligenter ab ijs, ad quos spectabit, sciificetur, quem vel quos elegerint, vt baptizatum de sacro fonte suscipiant, & eum, vel eos tantum ad illum suscipiendum admittant, & ^g in libro eorum nomina describat, doceatque eos quam cognationem contraxerint, ne ignorantia vlla excusari valeant. ^h Quod si alij, ultra designatos, baptizatum ⁱ tetigerint, cognationem spiritualement nullo pacto contrahant: ^k constitutionibus, in contrarium facientibus, non obstantibus. Si Parochi culpa, vel negligentia fecus factum fuerit, arbitrio Ordinarij puniantur ^l. ^m Ea quoque cognatio, quae ex Confirmatione contrahitur, confirmantem, & confirmatum, illiusque patres, & matrem, ac tenentem non egre-
 diatur: ⁿ omnibus inter alias personas, huius spiritualis cognationis impedimentis omnino sublatis.

Vide Galleg. in speciali tract. de cognatione spirituali, Co-
 uarr. de spons. p. 2. c. 6. §. 4. Nauarr. in man. c. 22. nu. 37. & nu. 140. Iacob. de Graff. in aureis decis. p. 1. lib. 2. cap. 85. num. 4. Henriquez in summ. lib. 12. cap. 11. Fr. Emman. in summ. tom. 1. cap. 226. latè Iodoc. Cocc. in thesauro cathol. tom. 2. lib. 5. art. 13. Petr. de Ledefina in summ. p. 1. de Sa-
 cram. vbi de sacram. matrim. cap. 17. & de sacram. Baptismi, c. 13. Aloyf. Ricc. in collect. decis. p. 4. collect. 1224. Ludou. Beia respons. casuum conscient. p. 2. casu 16. Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 54. Gutier. in simili tract. cap. 100. Bonacin. eod. tract. q. 3. puncto 5. §. 2. Gasp. Hurtado eodem tract. disp. 18. Galet. in margar. casuum conscient. verb. cognatio, Franc. Leon. in thesauro fori eccles. p. 2. cap. 9. num. 61. cum seqq. Fernandez in examine Theolog. moralis p. 3. c. 2. §. 9. & 10. Vgolin. de offic. & potestate Episcopi, c. 15. §. 6. a. num. 8. & cap. 25. §. 1. Rebello de obligat. iustit. p. 2. lib. 3. quæst. 6. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 3. nu. 148. cum seqq. Agid. de Coninck de sacra-
 ment. & censur. tom. 2. disp. 32. numer. 22. cum multis seqq. Ar-
 mendar. in addit. ad recop. legum Nauarre, lib. 4. tit. 15. l. 1. de matrim. num. 73. cum seqq. Molles. in summa Theologiae mora-
 lis tract. 4. cap. 10. num. 120. cum seqq. Vincent. Filiuc. in q. moralib. tom. 1. tract. 10. nu. 188. cum seqq. Aldan. in compendio canon. decis. lib. 1. tit. 8. nu. 50. cum seqq. Sel. in selectis canoniceis, cap. 76. Ioan. Sanci. in select. disp. 40. num. 10. cum seqq. Torre-
 blanca de iure spirit. lib. 2. c. 15. nu. 64. cum seqq. metiptum de officio & potest. Episcopi, p. 2. alleg. 30. nu. 32. cum seqq. & de officio & potest. Parochi, cap. 18. num. 21. cum seqq.

2. De cognatione spirituali, & eius impedimentis emanauit constitutio Pij V. super declaratione huius decreti incip. *Sanctissimus*, publicata die 20. Augusti 1566. & alia eiusdem Pontificis incip. *Cum illius vicem*, sub dat. quarto Kal. Decembris 1566.

3. *a* Vt vnus tantum, &c. Vnum tantum iuxta prisca Canonum statuta adhiberi patrinum in Baptismo, vel ad summum duos, scilicet vnum virum, vnamque feminam, vt voluit Concil. in presenti, tenet Possuein. de officio Curati, c. 6. nu. 33. quem refero d. alleg. 30. num. 40. vbi nu. 43. resolu praeiata verba huius cap. esse intelligenda de Baptismo tantum patrinum, ac proinde cum sit correctorium iuris antiqui in cap. vlt. de cognat. spirituali in 6. debere restringi, nec ampliari posse ad confirmationem, & sic ultra terminos in quibus loquitur.

Contra Tolet. in instruat. Sacerd. lib. 2. cap. 24. numer. 11. Sanchez lib. 7. disp. 57. num. 9. existimantes Concilium in presenti idem omnino voluisse quoad omnia statueret in patrinum confirmationis, & totum d. cap. vlt. per illud restringi.

4. Si tamen plures duobus designati suscipiant baptizatum de Baptismo, cum omnibus cognationem contrahi, tradunt Sayr. in floribus decis. sub tit. de cognat. spi-

rit. decis. 4. Vgolin. de officio, & potest. Episcopi, cap. 25. §. 1. nu. 5. Ego ipse dicit. alleg. 30. numer. 45. refert decium Armen-
 dar. d. l. 1. de matrim. num. 82. Gasp. Hurtado d. disp. 18. dis-
 fic. 4. num. 15.

Designare & admittere in Baptismo plures quam vnum, & vnam, esse peccatum mortale, utpote contra prohibitionem antiquam, & huius decreti, resoluunt Fr. Emman. in sum. tom. 1. c. 226. num. 1. Vega p. 1. c. 33. casu 39. Bonacin. de matrim. q. 3. puncto 5. §. 2. num. 32. Gaspar Hurtado in simili tract. disp. 18. disfic. 4. num. 12. vers. ex dictis, & decium refert Armandar. d. l. 1. de matrim. num. 84. Ego ipse d. alleg. 30. num. 44.

Contra Sanch. d. lib. 7. disp. 57. num. 6. existimantem prohibitionem adhibentes plures patrinus quam duos, non obligare sub lethali culpa.

Episcopum non posse dispensare vt duo viri, vel dua femine simul suscipiant, cum super conciliaris dispositio-
 ne dispensandi facultatem non habeat, resoluunt, deciumque referunt Zerol. in praxi Episcopi, p. 1. verb. Baptismus, §. 4. Sanch. d. lib. 7. disp. 57. num. 7. Rebell. de obligat. iustit. p. 2. in appendice, lib. 4. num. 89. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 3. nu. 154. Fernandez d. c. 2. §. 9. num. 2. Bonacina d. §. 2. num. 33. Ego ipse d. alleg. 30. num. 41. Armandar. d. l. 1. de matrim. num. 75. vbi num. 80. testatur pariter resolutum quod vnus procurator, qui fit viri, & alter qui fit procurator mulieris, baptizatum de sacro fonte suscipere possunt, sed non duo viri, nec dua mulieres, vnusquisque tamen proprio nomine, vir loco mulieris, & mulier loco viri.

De essentia Sacramenti non esse, huiusmodi susceptores adhibere asserunt Sot. in 4. dist. 7. q. unica, art. 10. & vlt. Syluest. in sum. verb. confirmatio, quæst. vnic. Ego ipse d. alleg. 30. nu. 33. Peccare tamen omittentem, dicit Chamberor. tract. 2. de confirmat. cap. 7. dub. 2. in princip.

Susceptores in Baptismo debere esse baptizatos, & in Confirmatione iam confirmatos, alias ex tali susceptio-
 ne nullam contrahi cognationem per text. in cap. in Baptismo, de consecrat. dist. 4. resoluunt Nauarr. in man. c. 22. nu. 36. & consil. 3. num. 1. de Baptismo in antiquis, alias conf. 1. num. 1. de cognat. spirit. in nouis, Henricq. d. lib. 12. cap. 3. §. 4. Sanchez d. lib. 7. disp. 60. num. 7. Fernandez d. §. 9. num. 4. & §. 10. num. 4. Vgolin. de officio, & potest. Episcopi, cap. 25. §. 1. num. 2. Rebell. d. p. 2. lib. 3. q. 6. nu. 6. & 7. Valer. Reginald. d. lib. 3. nu. 157. Agid. de Coninck d. tom. 2. disp. 32. num. 25. Basil. Pont. de impedim. matrim. c. 24. §. 1. vers. illud tamen. Bonacin. de matrim. q. 3. puncto 5. §. 2. nu. 19. Paul. Layman. in Theolog. moral. lib. 5. tract. 2. cap. 9. num. 2. vers. altera, Ric-
 ciul. de iure personarum extra gremium Ecclesie existent. lib. 2. cap. 4. num. 3. Ego ipse d. alleg. 30. num. 34.

Vnde infidelem baptizantem feminam non contrahere

- trahere cognationem spiritualem cum incapax ad matrimonium sit, resoluitur Petr. Sot. lect. 11. de matrim. §. est autem huius generationis. Fr. Emman. in sum. tom. 1. cap. 226. num. 10. concl. 4. Vega etiam in sum. tom. 1. cap. 33. casu 45. Nauarr. in man. cap. 22. num. 36. Et cons. 1. num. 1. de cognat. spirit. in nouis. Galleg. de cognat. spirit. cap. 8. num. 4. Matiens. ad rub. tit. 1. gloss. 1. num. 169. lib. 5. Recop. Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 8. num. 1. et 2. Ioan. Sanci. in select. disp. 40. nu. 14. vbi num. 15. subdit catechumenum esse etiam cognationis spiritualis incapax, & num. 16. id ampliat etiam infidelis, & catechumenus postea baptizentur.
9. Hæreticum verò cum baptizatus, & subiectus sit Ecclesie, suscipiendo, vel baptizando cognationem contrahere affirmant Sanch. d. disp. 60. nu. 2. Bonacin. d. n. 22. Valer. Reginald. d. lib. 31. num. 157. Possuin. d. cap. 6. num. 27. Ego ipse d. alleg. 30. num. 35.
10. Excommunicatos, interdictos, facinorosos, & criminosos ab infantis susceptione arcèdes monet Paul. Layman d. c. 9. nu. 2. vers. præterea, vbi tamen addit hæc genera personarum valde patrini munus obire posse, sed non licite, refero Ego ipse d. cap. 18. num. 30.
11. Mutum hominem & mutam mulierem prohiberi esse patrinos probat cap. parvuli, de consec. dist. 4. Anchar. in rub. d. cognat. spirit. lib. 6. num. 4. Fernandez d. par. 3. cap. 11. §. 9. num. 4. in fine, & addit Basil. Pont. d. §. 1. vers. exclusi, in Concilio Patensi lib. 1. cap. 54. penitentes publicos donec perfecta penitentia reconcilientur, repulsos esse à susceptione.
12. Abbates, Monachos, aut Religiosos saltem claustrales patrinos adhiberi in Baptismo, prohibet cap. non licet Abbati, de consec. dist. 4. & ex eo colligunt Fr. Emman. quest. regul. tom. 2. quest. 58. art. 2. Sanchez d. lib. 7. disp. 60. num. 21. Possuin. d. cap. 6. num. 27. vers. secundo, Galet. in margar. casuum conscient. verb. Religiosus, par. 225. Galganet. de iure eccles. lib. 3. tit. 85. num. 25. et 26. Rebello de obligat. in sit. p. 2. lib. 3. q. 6. num. 10. Valer. Reginald. d. lib. 31. num. 157. vers. quarto, Ludou. Miranda in manual. prælator. tom. 1. quest. 42. art. 1. in conclus. probe med. Bonacina d. §. 2. num. 23. Basil. Pont. d. §. 1. vers. exclusi, Paul. Layman d. cap. 9. num. 3. in princip. Tamburin. de iure Abbatum tom. 2. disp. 4. quest. 2. Nisi huiusmodi Religiosi ab Episcopalem dignitatem promoueantur, exemplo Gregorij, qui ex Religione promotus in Cardinale factus est Maurij Imperatoris pater, vt referunt Gregor. Lopez l. 65. verb. maiorat. tit. 5. par. 1. Fr. Emmanuel d. art. 3. Sanchez in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 6. cap. 6. num. 24.
13. Pueros cuiuscunque ætatis posse esse susceptores legitimos, & contrahere cognationem suscipiendo, modo habeant vsum rationis, tenent Henriquez d. lib. 12. cap. 11. §. 2. ad fin. Sayr. in floribus decis. sub tit. de cognat. spirit. decis. 1. Petr. de Ledesma in sum. par. 1. de Sacrament. vbi de sacrament. matrim. cap. 17. conclus. 7. dub. 3. Possuin. d. cap. 6. num. 29. Sanchez d. lib. 7. disp. 61. num. 4. Bonacina d. §. 2. num. 17. Ego ipse d. alleg. 30. num. 38.
14. Et nihil referre an susceptores sint minores baptizato, quia nullo iure statuitur, aut requiritur vt sint maiores, asserunt Sayr. in florib. decis. sub tit. de cognat. spirit. decis. 3. Petr. de Ledesma d. concl. 7. dub. 2. Vgolin. d. cap. 25. §. 1. num. 3. Ego ipse d. alleg. 30. num. 39.
15. β De Baptismo.] Etiam non solemni, vt per Nauar. in man. cap. 22. num. 40. Gutierrez. de matrim. cap. 100. nu. 7. Aegid. de ConincK d. disp. 32. nu. 39. conclus. 5. Basil. Pont. d. lib. 7. cap. 40. præcipue si id faciat vt munus susceptoris obeat, vt declarat Aegid. de ConincK d. loco.
- Contra Sot. in 4. dist. 42. quest. 1. art. 2. Soar. in 3. par. q. 67. art. 8. dub. vlt. Fr. Emman. in sum. tom. 1. cap. 226. nu. 2. conclus. 2. Bonacina d. punito §. 2. num. 11. Sanchez d. lib. 7. disp. 62. num. 14. Gaspar Hurtado d. disp. 18. dist. 6. existimantes nullam cognationem contrahere illum, qui alium suscipit in Baptismo non solemni.
16. Baptizantem etiam laicum in extremo necessitatis articulo contrahere cognationem perfectam spiritualem subsequens matrimonium dirimentem cum baptizato, eiusque parentibus, resoluit Brunel. de sponsal. concl. 20. Galleg. dist. tract. cap. 11. num. 5. Couarr. de sponsal. part. 2. cap. 6. §. 4. numero 4. Nauarr. in man. cap. 16. num. 34. in fine, & cap. 22. num. 40. in fine, & cons. 53. num. 2. sub tit. de sponsal. in antiq. aliis cons. §. num. 2. de cognat. spirit. in nouis. Matiens. ad rub. tit. 1. gloss. 1. num. 150. lib. 5. noua recop. Sanchez d. lib. 7. disp. 62. num. 10. Gaspar Hurtado d. dist. 6. num. 20.
- Leuantem in Ecclesia, vbi seruata fuerunt solemnitates, verè domi baptizatum nullam cognationem spiritualem contrahere cum ipso baptizato, vel cum suis parentibus, resoluit Nauarr. d. cap. 22. nu. 40. Bonacina d. §. 2. num. 9. Valer. Reginald. d. lib. 31. num. 154. vers. secundum, Armendar. d. l. 1. de matrim. num. 81. Ioan. Valer. de differens. inter utrumque forum. verb. Baptismus, differens. 2. numero 1.
- γ Inter quos ac baptizatum ipsum, &c.] Liberè, & licite contrahi posse matrimonium inter personas in hoc decreto nominatim non expressas, refert decimum Armendar. d. l. 1. de matrim. num. 78.
- Vnde cognationem spiritualem non contrahi inter ipsosmet patrinos, tenent Ludou. Lopez in instr. confitent. p. 2. cap. 51. de matrim. col. 2. Galleg. de cognat. spirit. cap. 9. num. 8. Veg. tom. 1. sum. cap. 33. casu 40. Galet. in margarita casuum conscient. verb. matrimonium pag. 165. col. 1. Nugna. part. 3. quest. 67. art. 8. ad fin. Sanchez d. lib. 7. disp. 54. num. 12. Valer. Reginald. d. lib. 31. num. 150. Bonacina d. §. 2. num. 4. Armendar. d. l. 1. de matrim. num. 84. Ego ipse d. alleg. 30. num. 55.
- Hinc etiam cognationem spiritualem à viro contractam, eo quod aliquem tenuerit in Baptismo, vel Confirmatione, non transfundi in vxorem, vel è contra, resoluit Tolet. in instr. Sacord. lib. 7. cap. 4. num. 5. Matiens. in rub. tit. 1. gloss. 1. num. 168. lib. 5. noua recopit. Henriquez d. lib. 12. cap. 11. §. 2. Valer. Reginald. d. lib. 31. num. 149. Aegid. de ConincK d. tom. 2. disp. 32. num. 24. vers. inter faminum, Armendar. d. l. 1. de matrim. num. 84. post Petr. de Ledesma, Fr. Emman. Soar. & alios, Sanchez d. lib. 7. disp. 54. num. 11. Ego ipse d. alleg. 30. num. 56.
- Et idèò minimè peccare virum & vxorem suscipientes alienum puerum in Baptismo, tradunt Nauarr. in man. cap. 22. num. 39. Armendar. d. num. 34. Sanchez d. lib. 7. disp. 57. num. 5. Bonacina d. §. 2. num. 5. Gaspar Hurtado de matrim. disp. 18. dist. 4. num. 13. vers. et dictis, in fine. Ego ipse d. allegat. 30. num. 57.
- Hinc similiter posse patrinum matrimonium contrahere cum ea, cum qua simul alienum filium suscepit, declarauit sanctæ mem. Pius V. in d. constit. in cap. Cum illius vicem, vt post Fr. Emman. ac Nugna. attestantur Sanch. d. lib. 7. disp. 54. num. 12. Bonacin. d. §. 2. num. 60.
- Et hinc etiam valere hodie matrimonium contractum, sine dispensatione inter filium suscipientis, & baptizatum, refert decimum Armendar. dist. l. 1. de matrim. num. 75.
- Cognitionem spiritualem non contrahi inter infidelem baptizantem, seu leuantem, & fidelem baptizatum, seu leuatam, resoluit Galleg. d. tract. de cognat. spirit. cap. 8. num. 15. Sanchez d. lib. 7. disp. 60. à num. 9. Anton. Ricciul. de iure personarum extra gremium Ecclesie exist. lib. 2. cap. 4. num. 4. vbi num. 5. ampliat procedere etiam in Catechumeno, & num. 6. extendit habere locum siue infidelis baptizet, siue leuet solus, siue cum Christiano, & numero 7. aduertit quòd si contingat Iudeum, vel infidelem deinde ad fidem conuertit, nihilominus ex actu gesto id in infidelitate non incipiet habere locum cognatio spiritualis.
- Fidelem baptizantem, aut suscipientem filium infidelium non contrahere cognationem aliquam cum parentibus infidelibus, asserunt Galleg. d. cap. 8. num. 11. Sanchez d. lib. 7. disp. 60. num. 14. Anton. Ricciul. dist. cap. 4. num. 8.
- Contra gloss. verb. ex lauacro in cap. 1. 30. quest. 1. vbi Archid. num. 3. S. Antonin. Rosel. Angel. Caiet. Vinald. & alios, quos referunt proximo numero citati, existimantes infideles esse capaces cognationis spiritualis passiuæ.
- Procuratorem non sibi, sed mandati contrahere cognationem spiritualem, resoluit decimum que referunt Emman. Sa. verb. Matrimonium, vbi de impediment. matrim. num. 5. Verall. decis. 147. part. 3. Galet. in margarita

- vita casuum conscient. verb. cognatio, Rebello d. lib. 3. quast. 6. numero 12. Mar. Antonin. var. resolut. lib. 1. resol. fin. numero 25. Aegid. de Coninck d. tom. 2. disputat. 42. numero 40. Franc. Leo in thesauro fori eccles. p. 2. c. 9. numer. 63. cum seqq. Aloyf. Ricc. in praxi rerum fori eccles. resol. 630. in 2. edit. Bonacin. dict. §. 2. num. 34. vers. sed mihi, Armendar. d. l. 1. de matrim. numero 75. Vgolin. dict. cap. 25. §. 1. numero 4. Basil. Pont. de sacrament. matrim. lib. 7. cap. 39. Gaspar Hurtado in simili tractat. disputat. 18. diffi. 5. Sel. in selectis canon. capitulo 76. numero 25. vbi attestatur decifum in Tridentina 16. Martij 1630. Ego ipse dict. allegat. 30. numero 50.
- Contra Galleg. d. tract. cap. 13. num. 14. Franc. Marc. de cision d. 30. num. 8. part. 2. Henriq. d. lib. 12. cap. 11. §. ult. Co-uarr. de sponsal. p. 2. cap. 6. §. 4. numer. 6. Veg. tom. 1. cap. 33. casu 44. Fr. Emman. tom. 1. cap. 226. num. 9. Viuald. in cand. del. aureo part. 1. vbi de matrim. num. 160. Azor. instit. moral. part. 1. lib. 2. cap. 12. paulo post princ. Possuin. d. c. 6. nu. 27. vers. quarto, Valer. Reginald. d. lib. 31. num. 156. Rebello d. lib. 3. q. 6. num. 12. Sanchez d. lib. 7. disput. 59. num. 4. vbi alios Doctores refert, existimantes hanc cognationem spiritualement non posse contrahi per actionem procuratoris.
27. *¶* Baptizatioque patrem, ac matrem.] Carnales scilicet, quamuis illegitimos, vt per Galleg. d. tract. cap. 7. num. 12. Sanchez d. lib. 7. disput. 54. num. 16. Valer. Reginald. d. lib. 31. numero 150. vers. ceterum, metipsam dict. alleg. 30. numero 54.
- ¶* Diligenter ab ijs ad quos spectabit scietur, &c.] Ad parentes pertinere paternos designare, vel illis non designantibus ad Parochos, asserunt Possuin. d. cap. 6. nu. 33. Bonacin. d. §. 2. num. 27. Gaspar Hurtado d. disput. 18. diffi. 4. num. 13. in princip. Ego ipse d. alleg. 30. num. 46.
28. *¶* Et in libro eorum nomina describat, &c.] Parochum debere habere librum in quo describat omnes, qui in Ecclesia sua baptizantur, cum nominibus parentum, si de legitimo matrimonio nati sint, & patrinorum, qui eos de Baptismo susceperunt, ac die, mense, & anno, asserunt Paul. Fusc. de Visitat. lib. 2. cap. 3. num. 24. Possuin. de officio Curati, cap. 6. num. 48. Ego ipse de officio & potest. Paro-
chi, cap. 7. num. 2. vbi pono formulam huius descriptionis.
29. Ex partita ab huiusmodi libro Baptismi per Parochū extracta probari quem baptizatum, & illius aetatem, tenent Caputaquen. decif. 714. num. 1. part. 1. Mand. ad reg. 18. Cancel. quast. 10. a num. 1. Verall. decif. 314. num. 1. lib. 1. Menoch. de presump. lib. 1. praef. §. 1. num. 53. Viii. decif. 184. num. 15. lib. 1. Anton. Monach. Florent. decif. 17. num. 2. & Bononien. decif. 19. num. 13. Aloyf. Ricc. in praxi rerum fori eccles. decif. 249. in 1. edit. alias resol. 218. num. 5. in 2. edit. Seraph. decif. 1138. num. 2. Farin. fragm. crimin. p. 1. verb. atas, nu. 141. Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 1. comp. 9. num. 41. Bellet. disquis. cleric. part. 1. tit. de clerico teste, §. 1. num. 10. Genoa de scriptura priuata lib. 5. tit. de libris Plebanorum q. 1. nu. 3. & 4. Rot. decif. 592. num. 2. p. 1. recent. & decif. 15. num. 2. p. 1. recent. & decif. 15. num. 2. part. 2. recent. & in Romana nullitatis obligationis 16. Ianuarij 1626. coram R. P. D. Duran, quos refero d. cap. 7. num. 4.
30. Et probari ex eo etiam originem, tenent Rebuff. de pacific. possess. nu. 217. Mascard. de probat. conclus. 1147. nu. 21. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 9. §. 1. a num. 112. vbi nu. 113. hoc intelligit cessante fraude, Piafca. in praxi Episcop. p. 1. cap. 1. num. 9. Genoa d. lib. 5. quast. 3.
31. Si in hoc libro Parochi sint descripti duo compatres, vel commatres, non certificando quis eorum sit verus compater, ratione incertitudinis prohiberi inter se ab-que dispensatione matrimonium contrahere, asserit Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 30. nu. 9.
32. *¶* Quod si alij ultra designatos, &c.] Quando non obstante statuto antiquo, & Concilio in praesenti plures quam duo, quorum nullus sit designatus, tenent, aut suscipiunt in Baptismo, aut si tantum duo, ambo tamen aut sunt mares, aut feminae, omnes contrahere cognationem spiritualement, resoluunt Nauarr. in manual. cap. 22. num. 38. Iacob. de Grass. in aureis decif. p. 1. lib. 2. cap. 85. num. 4. Viuald. in cand. aureo p. 1. vbi de impediment. matrim. num. 5. vers. cognatio spiritualis, Henriquez d. cap. 11. §. 3. Petr. de Ledefma de matrim. quast. 56. art. 3. vers. est aliud dubium annexum, & in summ. p. 1. de Sacrament. vbi de sacrament. matrim. cap. 17. conclus. 6. dub. 2. Rebello de obligat. iustit. p. 2. libro 3. quast. 6. num. 5. & in appendice ad lib. 4. nu. 35. Valer. Reginald. d. lib. 31. nu. 152. vers. secundum, Bonacina d. §. 2. num. 24. Gaspar Hurtado d. disput. 18. diffi. 4. num. 14. Ego ipse d. alleg. 30. num. 48.
- Contra Galleg. Veg. Fr. Emman. & Sayr. quos refert & sequitur Sanchez d. lib. 7. disput. 57. num. 12. Gutierrez de matrim. cap. 100. num. 7. Aegid. de Coninck d. tom. 2. quast. 32. nu. 29. existimantes in hoc casu nullum eorum contrahere cognationem spiritualement, siue simul, siue successiue teneant, aut suscipiant.
- Quando plures designati à parentibus, vel ab alijs curam infantis habentibus tangunt, omnes contrahere cognationem, modo tangat simul; si vero tangat successiue, solum primum, qui baptizatum suscipit, vel ad summum duos, si fuerint masculus, & femina, contrahere cognationem, tenent Sanchez d. lib. 7. disput. 57. num. 14. Valer. Reginald. dict. libro 31. numero 152. Aegid. de Coninck dict. quast. 32. num. 39. Gaspar Hurtado dict. diffi. 4. vers. secundo, Sel. dict. cap. 76. numero 25. vbi ait decifum in Aquen. 10. Maij 1631. Bonacina d. §. 2. num. 25. vbi numero 26. dicit quod quando plures designati sunt à parentibus, sed Parochus admittit vnum, & vnam tantum, cognatio contrahitur tantummodo ab ijs, qui fuerunt à Parocho admissi, & numero 27. tenet cognationem contrahi à designatis à parentibus, non vero à ceteris, qui fuerunt admissi à Parocho, quando parentes designarunt tantummodo duos, sed Parochus plures admittit, & numero 28. resoluit cognationem contrahi à designatis à parentibus, quamuis suscipiant puerum contra Parochi voluntatem, & numero 30. asserit eum, qui tangit baptizatum, cum non sit designatus à parentibus, vel saltem à Parocho, quando Parochus potest designare, non contrahere cognationem, si adfint alij designati à Parocho, vel à parentibus.
- Si Parochus non admittat designatum à parentibus baptizandi, & alium casu in Ecclesia ingredientem, vocauerit vt baptizatum puerum susciperet, ac tangeret, cum eo spiritualement contrahi cognationem, resoluit Ludouic. Beia respons. casuum conscient. p. 2. casu 4. vers. alterum, vbi à principio illius casus multis probat Parochum in hoc euentu peccare mortaliter.
- ¶* Tetigerit.] Quod requiratur contactus, itaut eo deficiente compaternitas non contrahatur, qui enim tantummodo assistit baptizato, vel confirmato, ipsumque non tangit, vel tangit tantum extremitate digiti, non contrahit cognationem, eo quod verè non dicatur tenere, vel suscipere, tradunt Verall. decifion. 164. part. 1. Henriquez d. libro 12. cap. 11. §. 5. Sanchez d. libro 7. disputat. 56. numero 5. Valer. Reginald. dict. libro 31. numero 151. Bonacina dict. §. 2. numero 14. Maxc. Antonin. var. resolut. libro 1. resolut. fin. casu 33. Ego ipse dict. allegat. 30. num. 47. refert decifum Armendar. d. l. 1. de matrim. num. 83.
- Compatrem designatum, qui in Baptismo infantis alterum praestitit, id est, siue ipsum infantem Sacerdoti porrexit, vt in sacrum fontem immergeret, siue post immersionem eum protinus ab manu Sacerdotis suscipit, tamen in actu Baptismi illum non tetigerit, cognationem spiritualement contrahere, resoluit Aldan. in compendio canon. resolut. lib. 1. tit. 8. num. 52. vbi testatur sic resolutum sub die 27. Septembris 1601. ex ea ratione, quia eadem militat ratio in porrigente, & suscipiente, dummodo puer tangatur siue ante, siue post, siue in immersione, nam videtur vnicus actus per continuationem, accedente praesertim consuetudine.
- Cognationem spiritualement non contrahere mulierem ex eo quod defert puerum baptizandum vsque ad ianuam Ecclesiae, vbi illum tradit futuro compatri, à quo puer introfertur, ac de Baptismo suscipitur, absque eo quod dicta mulier vltim actum in actu Baptismi praestet, refert decifum Aldan. d. tit. 8. num. 53.

38. *Es quoque cognatio, que ex Confirmatione, &c.]* Dispositionem huius decreti militare in cognatione orta ex Confirmatione, sicut militat in cognatione orta ex Baptismo, excepto tamen quod in Confirmatione adhibendus sit vnus tantum patrinus, ex d. cap. fin. de cognat. spir. resoluunt Sanchez d. lib. 7. disp. 57. nu. 9. Piafec. in praxi Episcop. p. 1. cap. 3. num. 4. in fine. pag. 73. Rebello d. lib. 3. quæst. 6. num. 6. ad fin. Bonacina d. §. 2. num. 31. Fernandez in examine Theolog. moralis, p. 3. cap. 3. §. 6.
39. Patrinum in Confirmatione debere esse alium ab eo, qui tenuit in Baptismo, aduertit Chamerot. de Sacrament. vbi de Confirmat. cap. 7. dub. 2. vers. debet, quem refero d. alleg. 30. num. 51.
40. Quamuis vnus non possit in Confirmatione tenere vltra duos eadem die, vt in Pontificali, tamen quando verè constat volentem tenere esse aliquem virum pro-

bum, maxime Curatum, aut senem, in quo iudicio Episcopi cessat præsumpta malitia, & voluntas contrahendi cum filia spiritali, vel eius matre, propter imparem conditionem, non peccare Episcopum si permittat tenere vltra duos, resoluit Marc. Anton. Genuens. in manuali Pastorum, cap. 54. num. 6. quem refero d. alleg. 30. num. 52.

Omniibus inter alias personas, &c.] Per hæc verba censei sublatum Catechismum, seu cognationem quandam spirituales natam ex catechizatione, affirmant Sanchez d. lib. 7. disput. 10. nu. 10. cum sequentib. Petr. de Ledesma d. e. 17. conclus. 1. dub. 1. & conclus. 6. dub. 4. Valer. Reginald. d. lib. 31. num. 190. Rebello d. p. 2. lib. 3. quæst. 18. num. 20. cum segg. Gutierrez de matrim. cap. 84. per tot. Bonacina d. §. 2. nu. 3. Molfet. in summ. Theolog. moral. tract. 4. cap. 10. nu. 12. late Io. Valer. Reginald. de different. inter vtrumque forum, verb. Baptismus, differ. 2. num. 2. cum segg.

De impedimento publicæ honestatis.

C A P V T III.

- 1 Doctores de materia cap. agentes.
- 2 Pius V. peculiarem declarationem edidit super hoc decretum.
- 3 intelligitur tantum de honestate orta ex sponsalibus.
- 4 Impedimentum publicæ honestatis oritur ex omnibus sponsalibus quacunque ratione irritis, quando ipsa publica sunt, & nullitas occulta.
- 5 Impedimentum publicæ honestatis non nascitur ex sponsalibus nullis.
- 6 Nec oritur ex sponsalibus ore tenus factis absque consensu interiori.
- 7 Nec ex sponsalibus validis, mutuo tamen consensu dissolutis.
- 8 Nec ex sponsalibus conditionatis ante aduentum conditionis.
- 9 Nec ex sponsalibus contractis à parentibus nomine filiorum sine eorum consensu.

- 10 Impedimentum publicæ honestatis oritur tantum ex sponsalibus cum determinata persona, & ex absolutis siue à principio, siue postea completa conditione, & tantum ex validis.
- 11 Impedimentum publicæ honestatis oritur ex sponsalibus per verba de presenti, & nulliter contractis omissa forma Concilij.
- 12 Impedimentum publicæ honestatis consurgens ex sponsalibus validis hodie non excedit primum gradum.
- 13 Iustitia quæta ex matrimonio rato dirimit matrimonium vsque ad quartum gradum.
- 14 Impedimentum oritur ex quocunque matrimonio rato, etiam irritum ex quacunque causa, dummodo non sit irritum ex defectu consensus.
- 15 Impedimentum publicæ honestatis quando simul concurrat cum impedimento affinitatis, vtrumque in dispensatione est explicandum.
- 16 Alias dispensatio est subreptitia.

Iustitiæ publicæ honestatis impedimentum, a vbi sponsalia quacunque ratione valida non erunt, sancta Synodus prorsus tollit: vbi autem valida fuerint, & primum gradum non excedant: quoniam in vltioribus gradibus iam non potest huiusmodi prohibitio absque dispendio obseruari.

1. **V**ide Henriq. in sum. lib. 12. cap. 10. §. 2. Fr. Emman. etiam in sum. tom. 1. cap. 234. num. 4. Veg. in sum. tom. 2. cap. 34. casu 16. Petr. de Ledesma de matrim. quæst. 55. art. 4. dub. 1. & in sum. p. 1. de sacrament. vbi de sacrament. matrimon. cap. 15. conclus. 9. cum segg. & cap. 16. per tot. Sanch. de matrim. lib. 7. disput. 68. num. 10. cum segg. Franc. Leon. in thesauro fori eccl. p. 2. cap. 9. num. 89. cum segg. Farin. in praxi crimin. part. 5. quæst. 149. num. 160. cum segg. Rebello de obligat. iustit. p. 2. lib. 3. q. 14. & lib. 4. in fine, in appendice num. 97. cum segg. Armendar. in addit. ad recopilat. legum Nauarreg. lib. 4. tit. 15. l. 1. de matrim. num. 85. cum segg. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 31. cap. 18. num. 126. cum segg. Agid. de ConincK de Sacram. & censur. tom. 2. disp. 32. num. 58. cum segg. Fernandez in examine Theolog. moralis, p. 3. c. 16. §. 2. sect. 10. Gutier. de matrim. cap. 103. Bonacin. in simili tract. 9. puncto 11. num. 9. cum segg. Basil. Pont. in eodem tract. lib. 7. cap. 36. Gasp. Hurtado in eod. tract. disp. 21. Molfet. in sum. Theolog. moral. tract. 4. cap. 10. num. 92. cum segg. Sanctarelv. resol. lib. 1. q. 56. Torrelbanca de iure spirit. lib. 2. c. 15. num. 94. cum segg. metipsum de officio, & potest. Episcop. p. 3. alleg. 51. num. 174. cum segg.
2. Super hoc decretum emanauit Motu proprio peculiatis declaratio sanctæ mem. Pij V. incip. Ad Romanum, de anno 1568. vbi ita habetur. Auctoritate Apost. tenore præ-

sentium declaramus, & definimus, decretum Concilij huiusmodi omnino intelligendum esse, & procedere in sponsalibus de futuro dumtaxat, non autem in matrimonio, sic, vt presertur, contracto, sed in eo durare adhuc impedimentum omnibus illis casibus, & gradibus, quibus de iure veteri ante prædictum decretum Concilij introductum erat, referunt Nauarr. in man. capitulo 22. numero 57. Henriq. dict. capitulo decimo, §. 2. Valent. tom. 4. disputat. 10. questione quinta, puncto 3. Sanch. dict. libro 7. disputat. 70. numero 5. Rebell. d. parte 2. libro 4. in appendice, num. 98. Farin. dict. questione 149. numero 161. Valer. Reginald. d. libro 31. num. 128. Agid. de ConincK d. tom. 2. disput. 50. num. 70. conclus. 3. Ego ipse d. allegat. 51. num. 182.

Vbi sponsalia, &c.] Intelligi tantum de honestate orta ex sponsalibus, declarat Pius V. in d. Motu proprio, incip. ad Romanum, ex eoque colligunt Valent. dict. puncto 3. §. honestas, Petr. de Ledesma de matrim. questione 55. articulo 1. prope fin. Fr. Emman. dict. tom. 1. capitulo 234. Henriq. d. lib. 12. capitulo 10. §. 2. Sanch. d. libro 7. disputat. 68. numero 10. cum segg. Bonacin. de matrim. quæst. 3. puncto 11. num. 10.

Impedimentum publicæ honestatis oriri ex omnibus sponsalibus quacunque ratione irritis quando ipsa publica sunt, & nullitas occulta, tenent Nau. in man. c. 22. num. 57.